

§. 4.

Ipsam enim Executionem quoad primum hocce punctum ut Circuli perficiant, sive hæ Collectæ sint Extraordinariæ, si-
ve sint Ordinariæ, volunt Leges Imperii publicæ. Illo de casu
Exemplum præbet Instrumentum Pacis Westphalicæ, ubi ita:
(1) Ut autem Regia Maj. Sueciæ eò securior certiorque sit de infab-
libili singulorum terminorum præstatione, singuli septem dictorum
Circulorum Electores, Principes & Status vigore hujus conventio-
nis se ad suam quisque quotam, condicō tempore locoque bona fide
solvendam, spontè, idque sub hypotheca omnium suorum bonorum
obligant: ita quidem, ut si mora ullius intervenerit, omnes Impe-
rii Ordines, potissimum vero cujusque Circuli Directores Ducesq[ue]
vi Articuli Assecurationis Pacis teneantur promissa ceu rem judica-
tam exequi absque ullo ulteriori Juris processu vel exceptione. De
posteriori ita dispositum est: (2) Dass die Aufschreibende
Fürsten (3) jedesmahl wann ein oder anderer Chur-Fürst
oder Stand seine Angebühr nicht abgestattet / und sonderlich
wann auf vorhergegangenes/ aber aus der Acht gelassenes Ex-
trajudicial- monitorium ein unbezahltes Ziel das andere er-
reicht / auf Requisition unsers Kaiserlichen und des Heil.
Reichs Cammer-Gerichts / ohne Unterschied und Respect
der höheren oder niederen Ständen / auch unerwartet der
Achts-Erklärung die Execution auf des säumigen Kosten
vorzunehmen. &c.

(1) Art. 10. §. 12.

(2) In Recess. Ratisb. de Ann. 1554. §. 15. & 19. queis derogatum fuit anti-
quo illi procedendi modo in Ordinat. Cameral. de Ann. 1555. Part. 3.
Tit. 48. §. 4. & sqq. præscripto.(3) Incumbebat hoc secundum Ordinat. Cameral. l. c. §. 7. & 8. Duci Cir-
culi.

§. 5.

Sed num & contrà eos Executionis viâ possint procedere
die Granß-ausschreibende Fürsten/ qui Exemptionis caufâ in

D

Came-